

iusti precii et legi dicenti generalem renunciationem non valere, nisi precesserit specialis
 omni rescripto a sede apostolica vel sacris conciliis pro tempore celebratis impetrato vel
 impetrando, nec non omnibus et singulis privilegiis, defensionibus, libertatibus et gratiis,
 nobis seu ecclesie nostre concessis, seu in futurum concedendis, et quibuslibet aliis dicte
 5 sedis apostolice indulgentiis generalibus vel specialibus cuiuscunque tenoris existant,
 nobis seu ecclesie nostre totaliter non insertis, prenotatus contractus variari possit, ali-
 quatenus infringi vel impediri, sed ipsum in suis clausulis, punctis et articulis ratum et
 gratum habere promittimus nostro et ecclesie nostre nominibus sub nostra fidei puritate,
 mandantes ergo collectori nostro Swidnicensi, quatenus prefatis dominis et magistris, pre-
 10 posito et collegiatis collegii beate Marie virginis universitatis Lipczensis de fructibus et
 proventibus collectorie iam dicte nostro nomine singulis annis de quatuor marcis denari-
 orum usualium in termino prenotato effectualiter respondeat, sicut poenas excommuni-
 cationis et nostram indignationem voluerint artius evitare. Harum quibus sigilla maiora
 nostrum nec non dicti capituli Vratislaviensis appensa sunt testimonio literarum. Actum
 15 et datum Vratislaviae in generali capitulo quod annua revolutione in festo sanctorum Can-
 ciani et Cancianille martyrum apud dictam Vratislaviensem ecclesiam celebrari consuevit,
 anno domini millesimo quadringentesimo quadragésimo octavo, presentibus in dicto
 generali capitulo ac ipsum facientibus venerabilibus viris, domino Caspate Weigil pre-
 posito, Nicolao Tempilfelt cantore, sacre pagine professoribus, Iohanne Scolhim, Georgio
 20 Lichtenberg, Andrea Skoda, Georgio Ottewitz, Nicolao Wolff decretorum, Iohanne
 Suechewitz et Francisco Korcz in medicinis doctoribus, prelati et canonicis ecclesie
 Vratislaviensis prefate ad sonum campane tunc in loco consulto more solito capitulariter
 congregatis. Hoc exemplum literarum principalium his nostris publicis literis insertum.

105.

25 *Bischof Johannes von Merseburg beauftragt die Geistlichen der Merseburger Diözese eine Appel-
 lation des Rektors der Universität, Andreas Wayner, zu inhibiren und den Magister Nicolaus Benne-
 witz nach Merseburg vor Gericht zu citiren.* **Merseburg, 1448 Oct. 29.**

Hdschr.: Stadtbibliothek Leipzig Cod. mscpt. Rep. II, 10^a fol. 53.

Iohannes dei gratia episcopus Merseburgensis cancellarius unicus alme universi-
 30 tatis studii Liptzensis nec non iudex et conservator iurium, privilegiorum, libertatum,
 rerum et bonorum venerabilium virorum magistrorum, doctorum et scholarium dicte alme
 universitatis una cum certis nostris in hac parte collegis cum illa clausula „Quatenus vos
 vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios etc.“ a sede apostolica specialiter de-
 putatus universis et singulis plebanis, viceplebanis et divinatorum rectoribus et specialiter in
 35 Lipczk ceterisque per civitatem et diocesim nostras ubilibet constitutis, pro executione
 presentium facienda requisitis, salutem in domino ac mandatis nostris tam apostolicis
 quam ordinariis firmiter obedire. Constitutus coram nobis discretus vir Nicolaus Wfrczen
 procurator et procuratorio nomine a discreto viro magistro Iohanne Stoseman, procuratore